



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiæ

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

Wion, Arnold

Venetiis, 1595

Comites, & Comitissæ, cum eorum liberis monachi. cap. XXXIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38397

Albionenses Comites.

V 1150 Albionensis Comes, monachus Cluniensis sub sancto Hugone Abbate circa A.C. 1060.

Alteburgii Comites.

Huno cognomento, Gloriosus, Comes, cum crimen læsæ maiestatis incurrisset, filii beneficiis liberatus, cœnobium Benedictinum in Radsteden edificavit, ac illud ingressus, feliciter obiit: floruit circa A.C. 1060.

Fridericus, huius Hunonis filius, Comes, postquam rem familiarem multis annis gubernasset, Parentis tandem monitu, & iussu, in eodem cœnobio Radstedeni vitam cœlibem duxit, circa A.C. 1060.

Gerardus, Henrici filius, Comes, monachum induit circa A.C. 1150.

Mauricius, Christiani filius, Comes, senex, gubernatione concessa, reliquum vitæ, religioso illius sæculi instituto, in cœnobio exegit, circa A.C. 1230.

Altenæ Comites.

Eberardus, Theodorici filius, primus Abbas Dunæ A.C. 870.

Andechisii Comites.

Mechtilda, Abbatisa, & Euphemia soror eius, sanctimonialis Andechisii Comitis, Bertholdi II. filia, circa A.C. 1180.

Astaniæ Comites.

Ludonicus, Erici III. filius, monachus Corbeie, circa A.C. 1100.

Barbienes Comites.

Margarita, sanctimonialis Vuirderstedenensis, quæ obiit anno ætatis 17. & Sophia eius soror, sanctimonialis Eglenensis, quæ obiit ætatis 14. Guntheri Comitis filia. Vixerunt anno Domini 1490.

Margarita Anna, Burchardi V. Comitis Barbienensis filia, sanctimonialis cū alia Margarita sorore sua in monasterio Blercherodensi.

Barcinonæ Comites.

Sanctius, Berengarii cognomento Borelli. Comitis filius, anno Domini circiter 1030. factus est monachus Benedictinus in Hispania.

Almudia, Roberti Guiscardi Apulie Ducis filia, & Raymondus caput stuppæ, Comitis uxor, viro defuncto facta est sanctimonialis.

monasterii S. Danielis Benedictini, quod ipsa construxerat, non lon-
ge à Gerunda, idque anno Domini 1077.

Belloiocenses Comites.

Hugo, Huberti Comitis filius, ex matre Auxilia Sabauda, mona-
chus, & Abbas monasterii S. Iusti Lugduni, anno circiter 1070.

Iana, Huberti III. Comitis filia, sanctimonialis anno 1240.
Leonora, & Blanca, Guichardi Comitis filiae, sanctimoniales
anno 1320.

Bogij Comites.

Vlricus, Friderici I. Comitis filius, monachus anno Domini cir-
citer 1100.

Bononiae Comites.

Margarita, Roberti III. Comitis filia, sanctimonialis.
N. Anonyma, Bertrandi I. Bononiae & Aruernae Comitis filia,
sanctimonialis, & Abbatissa Cussetana.

Breenenses Comites.

Vuilla, sanctimonialis & Abbatissa Gerbstedenensis, & Tetburga
soror eius monialis ibidem, & deinde praeposita Gerenrodæ, Gero-
nis Comitis filiae.

Sophia, Friderici Comitis filia, sanctimonialis & Abbatissa Qued-
linburgensis.

Cliviae Comites.

Luitgardis, Vuigmanni Comitis filia, prima Abbatissa Eltenebet-
gensis, anno 1000.

Margarita, Theodoricus II. Comitis filia, Arembergio primuin-
upta, deinde eo mortuo, sanctimonialis, & prima Abbatissa Nussie,
quod monasterium ipsa construxerat, anno Domini circiter 1150.

Castellae Comites.

Vrraca, Garstæ Ferdinandi Comitis filia, anno Domini circiter
1000, facta est sanctimonialis monasterii SS. Cosinæ, & Damiani ad
Coeurruinas; & prima item eiusdem Abbatissa.

Tygrida, Saneii Comitis filia, & Vrracæ ex fratre neptis, cum fra-
tre eius Garstas Castellæ Comes monasterium de Oña, siue Onien-
se, edificasset, anno Domini ferè 1024, uel circa, facta est eiusdem
conuobii Abbatissa prima.

Diepholdtenses Comites.

N. N. duæ filiae Conradi Comitis, una in monasterio Fredensi;
altera in Borchorsteni, sanctimoniales.

Armgarda, sanctimonialis, & Abbatissa Assindiensis, & Anna,
san-

sanctimonialis, & Abbat. Frekenhorstēsi, Rudolphi Comitis
Druidenses Comites.

N. Roberti ij. filia, Abbatissa Fontenallensis, A. C. 1170.

Flandria Comites.

Ingelbertus, Balduini Barbat Comitis ex F. Nepos, Abbas sancti Bertini A. C. 1078.

Elisabetha, Theodorici Comitis filia, electa Abbatissa Mellensis, anno Domini 1199.

Franconia Comites.

Geba, Comitissa, monialis.

S. Immina Comitissa, Ducis Gisberti neptis, sanctimonialis, reiburgensis. Floruit anno 790.

Firmani Comites.

Reginaldus, Comes Firmanus, cum anno Domini 1099, in athena Azone Episcopo Firmano, ad Monasterium S. Nicolai de Licio, quod est Veneriis, corpus eiusdem sancti, & aliorum uisitarum accessisset, deuotione tactus, mundo & Comitatu ualedixit, & huiusmodi monastica veste assumpta, quam omnibus diuitiis prætulera, eadem ad finem usque uitæ retinuit. Cuius exemplo prouocatus Episcopus Azo, ut peregrinationis fuerat comes, sic fuit & voti. Post ergo consensu in monastica obseruantia viuentes, in eodem monasterio post mortem sunt sepulti. Quorum conuersio notata reperitur in archiuio præfati cœnobii, in peruetusto codice anno 1100 scripto.

Habsburgi Comites.

Martha, Alberti sapientis filia, in cœnobio Adelhusano propere burgum vitam uirginitatis professæ, circa A. C. 1250.

Hassia Comites, sine Landgrauij.

Anna, Ludouici I. Landgrauij filia, Abbatissa Isenaci A. C. 1340.

Anna, Ludouici II. filia, monialis Annæbergæ A. C. 1460.

Hollandia Comites.

Herlindis, Theodorici II. Comitis filia, Abbatissa Rheniburgensis circa A. C. 980.

Sophia, Theodorici VI. filia, Abbatissa Rheniburgensis, A. C. 1160.

Sophia Abbatissa Fontanellæ; & Hadennidis, & Petra, moniales ibidem, Florentij III. filia, circa A. C. 1180.

N. F.

N. Florentii 4. filia, Abbatissa Rheniburgensis, circa A. C. 1230.

Hombergæ Comites.

S. Clemētia, Hombergæ Comitiss filia, sanctimonialis Treuerēsis.
Isenbergici Comites.

LYDOVICA, Antonii Comitiss filia, sanctimonialis Marienbrunnensis.
Leicestrenses Comites.

Amicia, Roberti Bossii Leicestrensis Comitiss uxor, cum monasterium in Nunneaton fundasset, uiro mortuo ibidem facta sanctimonialis, in omni puritate reliquum uitæ peregrit. Floruit anno Domini 1130.

Lintzgonienses Comites.

Burchardus dictus Ingenitus, Vlrici Comitiss filius, & Henrici Anapicis Imperatoris, ex Heduuige sorore, pronepos, monachus & Abbas S. Galli, creatus anno 959. iam senio confectus abdicat, nepoti suo, quem in locum suum substituerat, pauco tempore superueniens. Mater eius fuit Vuendelgarda, Comitissa Bnochornensis.

Noetkerns, præfati Burchardi nepos, monachus S. Galli, & dein de patris cessione eiusdem quoque cœnobij Abbas, obiit an. 981. die 12. Nouembris.

Lippienses Comites.

Bernardus, Bernardi filius, ex concessione Conradi III. Imperatoris, primus Comes Lippiensis, ducta uxore Sophia filia Friderici Bellicosi Comitiss Arensbergici, cum ex ea quatuor filios generasset, iam senex eius consensu resignat, & fit monachus Mariensfeldensis Benedictinus, mox Abbas; tandem in Liunioniam profectus Religionem Christianam prædicauit, ubi ab Ottone filio suo Ultraiektensi Episcopo ordinatus est Lealhenfis Episcopus, ut in secundo libro nostro diximus. Vixit anno 1260.

Beatrix, Bernardi soror, sanctimonialis & Abbatissa Hasselbroickensis.

Iusta, Simonis, Comitiss filia, sanctimonialis & Abbatissa Cappeleensis, anno 1400.

Magdalena, Simonis Comitiss filia, Abbatissa Heruordēsis, Borchhousensis, & Froxenhortensis, floruit anno Domini 1520.

Mansfeldenses Comites.

Sophia, Burchardi II. Comitiss filia, sanctimonialis, & Abbatissa Heilstensis, creata anno 1291.

Anna, Alberti Comitiss filia, sanctimonialis Gerbstetenensis. Vixit anno 1520.

Matif.

Matifconenses Comites.
Guido, Matifconensis Comes, cum vxore, & liberis, & triginta militibus, fuit monachus Cluniacensis sub Hugone II. Abbate, A.C. circiter 1224.

Palatini Rheni Comites.
Sancta Blidechilda Comitissa Palatina.

Ezelini Comitis Palatini Rheni, fratris S. Cunegundis Imperatricis, filia sex, quæ floruerunt anno Domini 1000. factæ sanctimoniales, scilicet.

Adelheidis, monialis Niella;

Theophanes, monialis Essendia;

Hedduigis, monialis Nuffia;

Mathildis, monialis in Didikirchen;

Vuillihalda, monialis S. Mariæ Colonia;

Sophia, monialis in Gandersheim;

Sanctus Godfridus Palatinus Comes, monachus Hirsangiarum

Brigitta Abbatissa Neuburgi; Otilia, Maria, & Ioanna eius sorores sanctimoniales Poppartæ, & Ioannis II. filia, circa A.C. 540.

Margarita, Abbatissa Poppartæ, Ludouici filia, obiit A.C. 1174.

Pleissenses Comites.

Gerburgis, Brunonis Comitis Pleissenfis, & Osterlandiæ, ex Villamatre, filia, prima Abbatissa monasterii Dine Virginis Marienthal Schmoelen, constituta anno 1127.

Reinsteinij Comites.

Ernestus Comes in Reinstein, & frater eius Gaspar Vricus, unus post alium fuere Abbates in Michelstein, floruerunt anno 1144.

Elisabeth, soror earum, sanctimoniales & Abbatissa Quedlinburgi: obiit anno 1584.

Rinchau Comites.

Ludouicus, eiusque soror Vuerdetondis, filij Comitis de Rinchau, uitam monasticam proficuntur in Rinchau.

Romarici Montis Comites.

Sanctus Romaricus, Romarici Montis Comes, comitatu relicto, in Vosago Monte monasticam uitam agens beato fine quiescit floruit A.C. 630.

Gertrudis prima Montis sancti in Romarico monte Abbatissa constituta à Patre suo Romarico A. C. 620.

Clara, eiusdem Romarici filia, monialis sub cura sororis Gertrudis.

Sebar

Sabaudie Comites.

Petrus, & Ioannes, Amadæi I. filii, Monasticen proficiuntur,

anno 1140.

Maria, Amadæi VIII. filia, sanctimonialis.

Saxonia Comites, sed loci incerti.

D. Dithmarus, Sigefridi cuiusdam in Saxonia Comitris filius, ex matre Cunegunda Saxonica, natus anno Domini 976. cum adolevisset factus est monachus cœnobij Sanctis Ioannis Magdeburgi sub Riddago Abbate: mox Præpositus Vuallibicensis, & inde ab Henrico II. Imperatore factus est successor Vuigberti in Episcopatu Mersburgico anno Domini 1008. Huic cum annis 10. mensibus 7. & diebus 7. præfuisset, uita inculpabilis, religione venerandus, & scientia clarus, obiit anno 1018. ætatis suæ 42. ipsis Calendis Octobris, & in Ecclesia Mersburgensi sepultus est. Scripsit ad posterorum utilitatem, quod in Episcopis Mersburgensibus dicere omiseramus.

Chronicorum, libros 7.

Hi nunc primum in lucem editi sunt, & excusi Francofurti apud Andream Vuichelum, anno 1580. in folio, ut ex indice nundinarum Francofurtarum edoctus sum (hos enim adhuc nec vidi, nec legi) retereor tamen ne aliquid veneni in eis lateat, cum ab homine hæretico & peruerso, qui doctrinam suam peruersam, dum potest, bonis & catholicis auctoribus immiscere non cessat, ut fecit in Alberto Abbate stadenfi, uiro utique docto & pio, & in multis alijs, in lucem sint emissi, & scholijs suis marginalibus, non illustrati, sed corrupti. Et hæc non substannando, sed piè corripiendo dicta sint. Notum enim Deus, quantum desiderem, & ex totis uisceribus optem, huiusmodi hominem (qui alioquin de re litteraria benemeritus, si non tabe hæretica respersus esset) ad bonam tandem messem reduci, causasque Dominicas agnoscere. Sperarem enim fore, si ex animo peniteret & conuerteretur, eum suo exemplo plures ad catholicam fidem, ecclesiæque Romanæ obedientiam reducere posse, quam fortassis hæcenus suo peruerso dogmate peruerit. Deus, Opt. Max. per suam ineffabilem misericordiam, eum, & quoscunque alios à uia veritatis aberrantes, ad fidei rectæ semitas reducere dignetur.

Brigida, Abbatissa s. Laurentii: & Mathildis, sanctimonialis Geremo-

renrodensis, quæ mortua est anno 1014. die 4. Cal. Martii, ambe-
rentes Dithmari Episcopi.

Elmilda, mater Diterici Episcopi Mimigardeuordensis, creati
no 1018. uiro suo defuncto, facta est sanctimonialis & Abbati-
Quedlinburgensis: & Hedwigis, soror eius, sanctimonialis & Ab-
batissa Heslingensis, electa anno ætatis 12. ab Ottone I. Imperatore
filia ambæ Henrici Comitis in Saxonia, eiusdem Ottonis Imp-
sanguinei. Mater earum Iuditha.

Sigefridus, monachus s. Ioannis, Magdeburgi; Vuilligis Abba-
monasterii Vuallibicensis; & Bruno, monachus Corbeie nouæ Sa-
xonice; fratres præfati Dithmari Episcopi.

Schuartzburgenses Comites.

Erbinus, Comitis Schuartzburgensis filius, monachus factus est
Reinhartzbornensis, anno Domini circiter 1116.

Schoenbergij Comites.

Adelbertus, Comes de Schoenberg, monachus de Britenau.

Spiegelbergici Comites.

Mauritius, Friderici Comitis filius, monachus & Abbas s. Vi-
Corbeie Saxonice.

Vualpurgis, Mauritiij soror, sanctimonialis, & Abbatiſſa Gau-
dersheimensis.

Stamparum Comites.

N. Anonyma, Richardi Britannici, Comitis Stamparum filia, san-
ctimonialis, & Abbatiſſa Fonteneralliorum, anno Domini cir-
citer 1450.

Stolbergenses Comites.

Sophia, Alberti Comitis filia, sanctimonialis, & Abbatiſſa Heb-
frensis XIII. electa anno 1410. præfuit annis 50.

Helena, eius neptis, sanctimonialis Trubickenſis.

Tanlei Comites.

Robertus Tanlaus, Gulielmi Comitis filius, & Petri Imper-
toris Constantinopolitani nepos, monachus, & Decanus mona-
rij s. Quintini.

Teanenſes Comites.

Transmundus, Teanenſis Comes, Comitatu relicto fit mona-
chus Caſinenſis.

Ten.

Thuringia, veteres Comites.

Lypovicus, cognomento Saltator, Thuringiæ Comes, senio confectus abdicat, & fit monachus Reinhartzbornensis, obiitque anno 1122, ætatis suæ 73.

Adelheidis, Ludouici III. Comitis filia, sanctimonialis circa annum 1140.

Gertruda, Ludouici V. Comitis, & S. Elisabeth Hungaræ filia, sanctimonialis & Abbatissa Aldemburgi prope Vuetzflariam; quæ ab alijs Sophia nominatur. Nata est anno 1225.

Ueringenses Comites.

Vuerinharius, Vuolferadi Comitis filius, & D. Hermannii Conrædi Monachi, de quo lib. 5. agemus, frater, monachus diuitis Augiæ; ad modum doctus, & religiosus, studio vitæ perfectioris flagrans, licentia Abbatissæ suæ postulata & impetrata, peregrinationem pro Christo aggressus est, anno Domini 1053.

Kendomenses Comites.

Renara, Abbatissa Fonteueralliciensis; & Isabella, Abbatissa S. Trinitatis Cadomi, Ioannis Borbonii Comitis filia, uixere an. 1470.

Ludouica, Francisci Comitis filia, Abbatissa Fonteueralliciorum, circa annum 1490.

Uuethini, Comites.

Albia, suæ Alarifa, Bruni Comitis filia, prima Abbatissa Gerbsteti, anno circiter Domini 970.

Fridericus V. Canonicus primum Magdeburgius, deinde Uuethini Comes, & Saxonie Palatinus; sed a Northerto Archiepiscopo diris deuotus, coniugio abiurato, efficitur monachus, anno Domini circiter 1150.

Vuittembergenfes Comites.

Bruno, Conradi, primi Comitis frater, monachus & Abbas Hirsaugiæ, anno 1110.

Eberhardus, Conradi I. filius, monachus S. Blasij in sylua Herciniæ, anno 1120.

Zollerij Comites.

Fridericus VII. sexti filius, uir pius, & religiosus, sed non adeo doctus, monachus, & Abbas diuitis Augiæ, an. Dom. circiter 1402.

Anna, Eitelfriderici Comitis filia, sanctimonialis circa an. 1470.

Incerti loci Comites.

Oforius Comes, Hispanus, monachus S. Mariæ de Aguilar de Campo, sub Abbate Opilia, anno Domini 852.

Erme-

Ermenigildus Comes, Hispanus, cum uxore, fit monachus So-
bradi, anno 924.

Barones, & Baronissa, cum eorum liberis, Monachi.

Cap. XL.

Abusini Barones.



MARGARETA, Ioannis II. filia, anno Domini cir-
ter 1390. sanctimonialis Pilhouiz.

Grimberga Barones.

Antonius, Ioannis filius, monachus & Abba
Dini Bertini, in oppido S. Audomari, an. 1400.

Maria, Abbatisa Cameræ iuxta Bruxellam & N.

Anonyma, Abbatisa Bethaniæ, prope Mechliniam, Cornelij Baro-
nis filia, vixere anno 1410.

Hieronymus, Georgii filius, Abbas D. Vuinnoci Bergis Flandrie,
obiit anno 1575.

Maria, monialis Cameræ; Margareta, monialis in Herquens; &
Maximiliana monialis Vorstii, Ferrici Baronis filia, floruerunt, 1570.

Que in hoc ultimo tractatu præstita. Cap. XLII.



VA ratione, præfens hic tractatus Alphabeti
Dominii ordine descriptus sit, in prologo libelli
etum. Restant nunc nonnulla, de quibus benigni
Lectorem præmonere volumus, nam qui plura
scribit, multis quoque satis facere conuenit. Pre-
sens ergo & ultimus hic tractatus, confuso quodam

ordine plurimos Principes viros, tam certæ, quam inæstæ præ-
fationis, continet, omnes, ut putamus, Benedictinos: Dubitamus
que de nonnullis, paucis attamen, qui post annum 1220. videlicet
post Mendicantium Ordines suscitatos, uixisse perhibentur, utrum
nostri, aut potius alterius ordinis fuerint. Si quem diuersum a no-
stris quis reppererit, eius erit, pro sua humanitate, annotare. Non-
nulla etiam conuicia olim fuisse Benedictina, quæ nunc sunt Cister-
tiensia, & e conuerso, à nobis non ignoratum; sed cum permone-
re